



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 123. Perkinus in Hibernia velut genuinus Eboracensis Dux exceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV  
A C. 1494.

sagacitate quæstiones, quæ ipsi forte objectarentur, prævertens, illum concinnis responsionibus scite instruxit: verbo, nil reliquum fecit, ut tanquam verus Eboracensis Dux crederetur.

## §. CXXIII.

*Perkinus in Hibernia velut genuinus Eboracensis Dux exceptus.*

**H**is præceptis secretissime instructus, Perkinus in Provincia Cantienſi exſcensionem facere aggreditur, comitantibus eum quam plurimis Angliæ Proceribus; verum minus benigne ibidem exceptus, in Scotiam vela protendit, ubi a Jacobo Rege hujus nominis quarto omni obsequiorum genere cumulatus, atque exercitu munitus, secundo in Angliam trajecit, minus adhuc consiliis ejus adspirante fortuna; a nemine enim Eboracensis Dux habebatur, unde in Hiberniam reversus est, ibique accepto nuntio de Corisopotanensium seditione, ab illis non solum Eboracensis Dux creditus, atque honoratus, sed etiam Regiis obsequiis affectus est.

## §. CXXIV.

*Conspiratio in Anglia in favorem Perkini.*

**P**ræterea quidam factiosi, quorum consilia, pace Henricum VII. inter & Gallos